i 36.

teſtatiſ; Non enim quaſi iuſſuſ obtemperat· ſed qua
ſi largitor: ſuę moderator eſt largitatiſ· Vide ve
ro nunc interim· utrum omnia operari dicaſ ſp̄m·
quę operatur & pater; Negari tamen non poteſt·
quia operatur pater· quę ſp̄ſ ſc̄ſ operatur; Alio
quin· non omnia operatur pater· ſi non operatur·
quod operatur & ſp̄ſ; Quod ſi ea quę operatur ſp̄ſ·
operatur & pater· cum ſp̄ſ operationeſ ſuaſ· pro vo
luntate ſua diuidat· Neceſſe eſt id quod diuidit
ſp̄ſ· aut inuito patre d̄o· dicaſ eum ex ſua volun
tate diuidere· aut ſi idem velle dixeriſ patrem
quod uult ſp̄ſ ſc̄ſ· neceſſe eſt vt unitatem volunta
tiſ operationiſq; diuinę· vel invituſ· & ſi non cor
de· ſaltem ore fateariſ; Quod ſi uniuſ & volunta
tiſ· & operationiſ eſt cum patre d̄o ſp̄ſ ſc̄ſ· vniuſ
& iam ſubſtantię eſt· quo ex operibuſ ſuiſ creator
agnoſcitur· Idem igitur ſp̄ſ· idem inquit d̄nſ·
idem inquit d̄ſ· Et ſi ſp̄m dicaſ· idem eſt· [ſi] & d̄nm
dicaſ· idem eſt· & ſi d̄m dicaſ· idem eſt; Non idem·
ut ipſe pater· ipſe filiuſ· ipſe ſit ſp̄ſ· ſed quia pa
ter eiuſdem eſt poteſtatiſ· Idem ergo eſt per

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. p.%20136 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0102/p.%20136)